



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 112. Hujus Nuntii propositio de Concilio per Papam proxime celebrando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

rent, ut se obedientiæ Sacrosanctæ ^{Sæcul. XVI.}
 illius Sedis paulatim subduceret: A.C. 1560.
 quocirca consultissimum videtur, ut
 Regia sua Majestas tam efficaciter,
 sua edicta revocet, quin ullum illo-
 rum vestigium eo tempore, quo de
 celebranda Generali Synodo agitur,
 amplius appareat.

§. CXII.

*Hujus Nuntii propositio de Concilio
 per Papam proxime celebrando.*

Porro de hoc Concilio Nuntius hæc ^{Pall. n. 4.}
 addebat: „Constitutus est a Ponti-
 fice Cardinalium cœtus, qui coram se
 frequenter conveniret ad Ecclesiasti-
 cos reformandos, antequam eorum
 sordes, si quæ sunt, exponerentur in
 tam solemnem, ac venerandum Concilio
 expurgandæ, ex qua etiam instantis
 Synodi cogitatione omne studium a
 Pontifice adhibetur, ut Episcopos in-
 duceret ad suas Ecclesias adeundas,
 ubi morum emendationem præverten-
 tes, ea saltem, quibus fortiori manu
 opus non esset, corrigere, reliqua vero
 adnotare possent, quorum correctionem
 in Concilio fanciendam curarent: Ce-
 terum a sua Majestate impense petit
 Pontifex, ut ad tam arduum, ac sa-
 lutare consilium rite perficiendum
 valida subministraret auxilia, ac monita

Sæcul. XVI. „sapientiæ, quæ sibi polliceri non pot-
 A.C. 1560. „est ab iis Principibus, quorum vitio
 „ineorum Regionibus hæresis sese dif-
 „fuderat, quippe qui pertimescunt quid-
 „quam agere, aut loqui, quod conta-
 „minatis ipsorum subditis displicet:
 „quoniam autem hoc Concilium con-
 „gregari haud poterit, nisi cum magnis
 „sumptibus, & ærarium Apostolicum
 „non modo superioribus bellis exhau-
 „stum, sed etiam ære alieno gravatum
 „fuerit, quapropter Rex omni ope ex-
 „actioni spoliatorum Ecclesiasticorum, fa-
 „vere dignetur, præsertim cum ad id
 „illum animare deberet generosus ipfius
 „animus, quo vicissim grato animo com-
 „pensare posset favorem sibi præstitum,
 „vi cujus Papa ex Ecclesiæ bonis eidem
 „pecuniarum summas ad classem suam
 „restaurandam, augendamque necessa-
 „rias haurire concedit.„

§. CXIII.

*Regis Hispaniæ responsum ad
Nuntium.*

Pall. n. 5. Ad hanc Nuntii orationem Philippus
 Rex respondens præprimis suam in
 exhibenda Pontifici reverentia moram
 prolixius excusavit, hæc affirmans:
 „duos jam ante menses destinavi Ora-
 „torem meum ad id obsequii præstan-
 „dum Comitem Tendiliæ, cujus postea
 cuncta.